Officium suum obirent.
    Corpus Divinum offerrent.
(Itaque) quærebant illi veniam suam.
    ibat clamor cœlo,
per aliquot horas.
    Admonebant DEVM vulnerum suorum,
Quibus eos redemisset;
    ut eosdem consolaretur,
Et peccata ipsorum iis remitteret,
    *Et ipse testis (intercessor) ipsorum esset.*
Confessione sese confortabant.
    ad mortem se præparabant.
Erant nihilo tamen minus boni milites,
    ad tale martyrium promti,
Vitam suam in periculum conjicere.
    Hi veri DEI servi.
Qui Nolebant effugere.
    Malebant recuperare
*Vetus nostrum* patrimonium.
    Eò contendebant hi Heroës.
Et erant hi domini nobiles.
    In Christi corpore vividi.

§. L. v. *96. Vuig*, prælium, pugna, bellum. Glossæ Lipsii: *Vuig, uuic, bellum, prælium.* Vetus versio Cantici Canticorum Cap. IV. 4. *Din hals ist samo Davidis Wighus, da diu uuere obena angeuuorht ist. Dusent Skilte hangent an dero uuere unte allerslahto uuiggevvaffene.* i. *Sicut turris David collum tuum: quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Ubi Fr. Junius rationem denominationis à cuneo eóque militari arcessit, *pag.* 119. Glossæ veteres: *Wigant pugnator. Vuiclihan, bellicosum.*

Signatur: Leibn. Marg. 42, Stück 18;ZEN Leibn. Marg. 42, [74] - 64
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK